

Cur pru- d-ntis re- giminis symbolum Cithara?

pequam labile regnum, ubi voluit fuso com- modi voluptate regentiam; torta & retorta clamant insecta populorum. Fiducula con- sonat arte vellancibus unguibus. Cithara calami percussa resonat iedibus. In calamo in- notescit sclicitas & prudentia principatus. In unguibus tyrannidis auctoratus impulsus. Quapropter de Nabuco dicitur: Ungues eius quasi avium Mariana Rapacium: quos dis- solvendo permittit Dominus per Zachariam cap. 17. v. 16. & ut regimen floreat, cithare assimilat & non fiducula; quia dissolutum imperium auctorate potestatis, & rationi consonum moderatione legis.

Succinit proposito ingeniose Villava Symbol. Spirit. ubi epigrapha fiduculae figurat: Non percussa silent. Sonant, & resonant iedibus unguis, quoniam percussa oppresione tyrannidis: & fiducula Apollinis ornatur sta- tua, dum caelo infertur dulcifona cithara; quia plus calamo prudentia tribuitur, quam absolute dominationi conceditur. Vide Tau- tolog. 6. Didasc. 6. num. 12. & 14.

9 Ut homines sciant, quoniam homines sunt, & Domini principatum; de illo dicit Psalmista: Sedet super Cherubim, moveatur terra. Cur Domini thronus non super Potestates, Dominationes, aut Seraphim, sed super Cherubim? Cherubim emblema sapientia. Seraphim hieroglyphicum amoris: alij chori iuxta nomen gnomon dominationis & symbolum potestatis: & quamquam Domi- nus pro libito & ad nutum (quia extra leges, cum lex sit) omnia moderari possit; ut instruat hominem, sedet tantummodo super Cheru- bim: igitur caeleste regimen haud agnoscitur vel in terrena absoluta potentia, sed sapientia prudentissima in Cherubim collocata: quoniam nec vehementia amoris, nec vi su- perioris potestatis, sed regit efficaci modera- tione rationis.

Nota, Moveatur terra. Hyperbaton insigne est, & ad anticipam deducendum, ut com- modius, & clarius illustretur testimonium. Do- minus regnavit (ironice quasi dicat David) irascantur populi. Qui sedet super Cherubim (per sarcasmum) moveatur terra. Facilis exitus pro legum transgressoribus, toxico alitis: qui quidem legum stabilitate, bona superio- rum intentione irascantur, moventur; verum legibus muniuntur; ne commoveantur. Do- minus regnat sedens super Cherubim in glo- ria. Moveatur ergo terra, & irascantur populi: id est, Gentes. Nos fulcitur recte a sedente su- per Cherubim: Gentes nutant, quia pro lege sibi vendicant amorem & potestatem: igitur nos firmi, esse moveatur terra & irascantur populi; quia non dominio, sed tantum regi-

Daniel. 4. 30. Mar.

Villav.

Plus in domina- tione con- ceditur prudentie quam do- minatio- ni.

Psalm. 98. 2.

Exprimi- tur in Dei regimine non mo- dus pote- statis, sed rationis.

Inmuta- bile regni auctorita- te.

mur rationis auctoritate. Moveatur contra nos terra. Quid inde? Nulla formido regente ratione. Regnabit qui federit super Cheru- bim, secus vero licet regnans, non regnabit.

10 Intentos vellem habere Rectores, Per me reges regnant (ait Divina Sapientia) & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Levi manu pro proposito Didasca- liae, celeri pede, & quasi obiter materiam attingam percurrendo arenam auctoritatis; ve- ritatem Sole clariorem ostensus Tautolog. 6. & in Exposit. Liter. & pluribus Didasca- liis; & etiam Tom. 5. Tautolog. 7. ad illud 3. Reg. 4. v. 1. Erat autem Rex Salomon regnans. Reges regnant, & principes per sapientiam imperant. Auctoritatem dixerit regnantem, vel principem auctoritate potestatis regem- tem? Plurimi auctoritate stolidi, vel quia multoties inaugurantur indigni, foveat affectus super sedium regalium asilstricem sapientiam, prosequuntur comiter dulcissimam stultitiam; & nihilominus regnant. Quo pa- cto per principes sapientia, & per sapien- tiam imperabunt dominantes, cum saepe sa- pius stolidi principentur, vel amentes? Si leges regunt regentes, dominatur sapientia, & sa- pientes dominantur: citra leges nullo modo regnantes regunt, quia non reguntur: & sa- pientia subditur, ut regat regens excellentia potestatis; quia non regimen sine regimine dominatrix rationis.

Regere dicitur ab agere recte. Nequa- quam rectum, quod rationi dissonum. Digni- tate affectus pravi cordis mulcet, & tunc princeps potens potestate destruit: siqui- dem minimè potest, quod posse non licet. Haud recte agit, dum libidini obedit: & na- da auctoritas ratio auctoritatis est: etenim duntaxat dominatur, ubi potestas traditur regenda sapientia; non vero dum sapientia creditur potestatis potestati.

Sequentia nota. Principes dominantur per sapientiam, qua potentes decernunt iustitiam. Sapientia, ratio, lexque per se & a se exhibent potestatem, Rex autem potestatem non habet prater legem. Quicquid lex, potest princeps, quoniam subditus potestati ab- solutissima legis. Omnia fiant ad amulsum imperio pravalente rationis, siquidem ditor- ta admodum larva ludicra auctoritatis: & decernunt regnantes Reges iustitiam, si discer- nunt sine dolo potestatem per sapientiam. Profecto a sapientia Regibus regnum, cum sine illa non regimen, sed delirium.

11 Tot incommoda rerum publicarum manant ab obliquo dominorum iudicio. Ideo Tragicus in Thyeste, Act. 2. 312.

Prov. 8. 15, 16.

Non regi- me regis alique rationis regimine

Princeps non potest se non licet

Ubi sup

Pravae legis auctoritas, si discernitur in potestate potestate

U

Seneca

Ubi non lex, in- stabile regnum. Idem.

Psalm. 72. 8.

1. Reg. 2. 7.

Seneca

Impij Principes quod pos- sunt fa- cere, in- dicant posse.

Anton. Aren. Decreta fortuna.

Ut nemo doceat fraudis, & sceleris vias, Regnum docebit.

Turpitudi criminis induitur specie virtutis, & tyrannis praetextu pietatis. Proh nefas! Au- di Seneca ibid. v. 214.

Ubi non est pudor, Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, Instabile regnum.

Extra se rapti principes phantasia laesa lubita cogitant, unde David: Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam. Perperam dignitatibus in- solentes caelestem iustitiam discernent per di- rectricem sapientiam; cum auctoritas nequa- quam fulcitur potentia legis, sed lex incon- cussa locetur in violentia auctoritatis.

Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel, dixit ironice procax Regi uxor Iezabel, negata vinea Naboth. Expetitur vinea pauperis, ut crescant olera regis. Errat enim (ait Seneca lib. 1. de Clement. cap. 19.) si quis existimat, tutum esse sibi regem, ubi nihil a rege tutum est. Fremens & trends princeps decidit in lectum, quem in auctori- tate lethali vulneratur, uxor pupugit libe- rioris commate, Grandis (inquit) auctorita- tis es. Sanè grandis, siquidem legi subditur ambitiosa sitis. Bene regis. Regit bene: etenim non potest quod minime licet. At uxor ocyor & caeli flammis, & tigris foeta, percita rabie, ore canino, fumante naso vivi leonis adinstat, scelerata inaudito, sed innato, zetu fa- roris, firmitudine sceleris attruxit illico auctori- tatem principis. Quid prohic tantum nefas? Prodeit, ut pravaeat auctoritas? Haudqua- quam valet, sed obest. Auctoratur qui bene regit: & regit bene, qui nec audit posse facere, quod non potest recte fieri. Rex tibat in cu- piditate compediibus legis, quamvis furore accensus fomite insulsa inurbanitatis. Nihil regina obstat, quia impietas impudenter sti- mulat. Discrimen patet utriusque. Rex potesta- tem collocat in potestate rationis: Regina vero rationem in potentia auctoritatis: & flocci asserit suribunda aestimari principatum; ubi non proteruntur ad libitum praescripta legum. Quam apte de Iezabele postumus dice- re cavillationes serioiocosas, quas in Facetis in inolentiam Fortuna vibrat Antonius Ara- na. Sic itaque suo more ludat.

O maledicta dies! O mala femina porca! Ad placitum semper perficis omne tuum. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, Sic dicis, quando la tua testa fogat.

Ubi auctoritas valet, nihil impossibile cu- piunt. Sed respicere fines, discite iustitiam, & non temere leges.

12 Adamus formatur in insulidum can- ctozum, & tulit cum Dominus in paradisum:

ibi quod primum notum fit principi inter de- licias, est: De ligno scientia boni & mali ne comedas. Praefes constituitur, & interdicitur arbor scientia. Na. Prudenter tamen. In re- gimine & potestas fulget dignitatis, & emi- nentia auctoritatis legis alumnae rationis: unde interdicitur Principi esca spectabilis arboris scientiae; quia experitur lamentabiliter malum auctoritatis, si proterit bonum ratio- nabile legis. Scientia bona est: & praefidi ibi interdicitur scientia; quoniam non bona, nisi qua cognoscitur posse fieri, quod licite fieri posse: non vero qua ultra legem Princeps pro libito extendit auctoritatem.

Uterius. Praefidi Protoplasto in exordio regiminis denunciatur praecceptum rationi consonum. An ut obediatur, qui iubet: Optime. Non recte reget, quisquis nescit obedire. Legum praefes oneri cedat, ne subditi cedant oneri. Lex nota fiat habenti potestatem, ut in manere non cogitur potestatem extra legem. Ratio dominetur Principi: igitur exequit valide iugum impositum servitutis praefes dominans sine iugo legis. Unde praecceptum inaugurato in praedem taxo notum fit Adamo; quippe- quam ratio, non Princeps, neque auctoritas debet dominari pro libito.

DIDASCALIA IV.

Nihil cavendum, nisi cum subest ratio.

1 RATIO ergo ut imperet illi parti ani- ma, quae obedire debet, confide- randa (inquit Cicero lib. 2. Tusco. Quest.) velut servo dominus, velut Imperator militi, velut parens filio; & merito. Sola ratio (alstruit Cordub. Stoicus epist. 77.) immutabilis & iudicij tenax: non enim servit, sed imperat sensibus. Domina senium & cupiditatum constituitur, ut dominetur. Destinatur ap- petitus a natura ut serviant. Aliter pervertetur ordo superioris & inferioris, ac regimen spectabile rationis dominatrix: siquidem constituantur ut humilientur, & duntaxat famulando libertate fruuntur. Reges Aegyptio- rum dicebantur Pharaones (ut notat Cornel. Alapid. in Exod. cap. 1. v. 11.) id est, Expediti, Liberi. Libertas expedit proculdubio regi. Ergo perperam Regina ratio erit regimi- nis particeps, muneris peculiaris libertatis expertus. Fere semper oriuntur directus Soli- que labores ex radijs vitis coram micantibus fi- deris. Dum stella tuncet, fulgoris periculum imminet: igitur tunc nequaquam micat, sed di-

Genes. 2. 17. Malum est boni auctori- tatis, si- ne mode- ramine legis.

Superior oneri le- gum sub- ditur, in subditi cedant oneri.

Cicero. Ratio non servit. Seneca.

Cur Re- ges A. y- pti dice- bantur Pharao- nes?

Ratione superiorum sub- esse de- ce.

dimicatur, ubi intestina bella inferiori superioritate preparat.

Haud tunc dimidium inferioris & superioris imperium; sed subditi (non subditi) dominantis absolutum. Appetitus ni pareant, imperant; & ratio, ni rexerit, illorum principatum non obibat, sed subibit; igitur non bene conveniunt, nec in una sede morantur. Ne crediti potestati (est rebelles, expositi dominationi) servi subijciant; subiectioni mancipentur: quippe ignominiosum, prociudam videre rationem reginam, & vinculis diris mancipiorum mancipatam. Quid igitur turpius in corporis vastissimo regno, quam princeps provinciarum sub tributo? Plura dicemus Tautolog. 6. Didasc. 9. & 10.

Omnia sub pedibus Adami praeidis subijcuntur. Habebat sub se milites: postea vero super se. Dicebat in illo felicissimo articulo originalis rectitudinis huic, Vade, alij Veni, & servo, fac hoc: faciebant. Postea vero, nihil minus: sed quare? Non erat inter tot servus. Dignum utique, ut invitus cogere obediens, quibus noluit dominatione praesse. Calcari non potuit, nisi inferior. Superior haudquam fuisse appetitus subiectus; dummodum praesens esset sub legis potestate constitutus. Fige pedem. Nam ego homo sum (dixit Centurio) sub potestate constitutus. Quo pacto constitutus sub potestate, qui sub se milites constitutus habere? Congruenter quidem: & quia recte milites regit, qui se, uti alios legibus dirigit: & quia ut comprimat conatus rebellium militum, subesse debet potestati legum.

Ratione homo differt quasi insigni, a natura ferarum: & dicit, sub potestate, quia sum homo. Causa haud obscura. Appetitus hominis quasi milites sub potestate ducis. Belluae habent super se, homo autem sub se signanter appetitus habet subiectos; utilitati, non utilitati pronos: & non feroces, sed rationalis insigne natura sub potestate, praefert; quia appetitus sub se tanquam milites habet. Non intellexit homo, cum esset in honore, quippe ut non homo discessit a potestate. Ut praesit milicibus cupiditibus transfertur in paradysum. Proh miserabile regnum! Nec subiectio profuit, quia non praesit. De nullo iure potuit querimoniam construere; siquidem pro libito sese dedit subditorum subiectioni.

Per tria (ait Salomon) movetur terra. Quodnam primum movit? Profecto. Servo servire congruit; domino servis dominari expedit: & merito movetur terra, & turbatur Respublica; cum nulla sit servitus acerbior dominis, quam cogi liberos servire servis. Nimis la-

chymabile hacce conditione regnum; cum nihil asperius sit humilii, si surgit in altum: de quo Nos hic. Didasc. 12. Si iugum servus excutit, regnum rebellionem concutit. In ieroboamum intenderis: & ut pudeat hominem ignominiosae turpis subiectionis; proponitur oculis immolodica libertas servi regnantis. His super sedeo, quoniam tropologicè (Deo bono) hic Tautolog. 6. locis dudum cit. & Tom. 2. Tautolog. 12. ad illud Genes. 30. v. 26. Tu nosti servitutem, qua servivi. Et pollicite Tom. 5. Tautolog. 1. ad illud Ruth. In diebus unius iudicis, quando iudices praerant. Latius disputabimus.

O demus antiqua dicam aptius quam Cicero lib. 1. Offic. quam asparsi domino dominaris! Describitur lapsus Adami, & miscella rationalis natura. Sub illo erar appetitus, & modo praevalet tyrannicus principatus. Quicquid indulsit flagitiosis potestatis, amisit stupidus praecellae iurisdictionis. Conitas in servos insolentia est. Lamentatur & labe, noxaeque lamentabitur vulnerata natura; eoque quod non dominaretur, cui congruit dominari ratio regina. Hem! Dispat enim de dominus est, & domus ipsa & diversa, quia inversa & eversa. Mota & concussa fuit terra rationalis, regnantibus servulis: ac grandi decore fuit nobiliori, quod imprudenter inferiori cederet. Ideo servo regnanti haeret sultus saturatus. Ita enim subdit Salomon: Per sultum cum saturatus fuerit cibo. Quisnam hic? Dominans servus: & appositè per sultitiam obumbrantur habent regimini pratermissae; quoniam in pernicem quadriga Solis intelligentiae creditur juveni intrepido Phaeonti.

Quem ergo finem (o anima!) habes in quibus nunc erubescis? Audi ex Augustino lib. de Spiritu & Anima, cap. 62. breviuscula & amara voluptate qualis sis. Onerata es peccatis, irretita vitij, capta illecebris, affixa membris, confixa curis, distenta negotijs, contracta timoribus, afflicta cruciatibus, erroribus vaga; suspicacionibus inquieta, sollicitudinibus anxia, advena in terra inimicorum, exul a terra viventium. Quid amplius? Nullatenus in tot servitutibus mala invite & gratis devenires, modò subditos rebelles, ut par erat, imperando compeceres.

Sub iugo intolerabili tenetur mortalis infirmitas. Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Ecce Adami Protoparentis haereditas. Personam peccatoris induit Paulus sub iugo tyrannico insolentem, ac audacis appetitus; atque etiam sub iugo legis in seipso (si ipse sui, cum his inimicis demeritis, necessitate & necessitudine conuictis) obumbrat hominem, uti recte obervat Cor-

Turpius nihil humilii, non humilia.

Ferè immolodica libertas servi regnantis.

Cicero Stultitia est superiorioris obedientia.

Ibid. v. 27.

August.

Pena animae in corpore post originale peccatum.

Ibid. v. 27.

Cor.

Alap.

Cornel. Alapide ubi infra v. 14. necdum gratia Christi sospitem a victorum servitute. Faciem igitur peccatorum sumit, ut respiciant insipientes corde. Video autem (ait) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, qua est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Plura examinanda: at non strictim discentur testimonia.

Rom. 7. 23. 24.

Præus igitur sciendum est, legem membrorum esse carnem, & mentis legem rationem. Milicat omnis amans: vel faulæ, ubi ductrix ratio, & in carne peregrinatur a Domino; vel miserè, dum regit caro, & tenem habet sua castra cupido. In terra vita hominis rata militia: igitur caro concupiscit adversus spiritum, & econtra. Quas leges assignat David dicens: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: Non sic impij, non sic. Si impij non sic, & voluntas iustorum in lege, erit proculdubio lex in impiorum voluntate. Discrimen magnum. Voluntas in lege est appetitus rationalis, ut nihil sensitivus ambiat praeter voluntatem legis. Lex in voluntate, est concupiscentia carnis, tendens in delectationem appetibilis. Hac, ratio collocatur in voluptate: illa, voluntas & voluptas in ratione. Unde iustus habet cor lata legis, cum impius legem prosequatur cordis; quoniam nullo pacto iustus operationibus machinabitur, nisi quod praescripserit lex; & impius recalcitrans nil volet, nisi quod vult.

Psal. 1. 2. 4.

Voluntas lex impij, lex voluntas iusti.

Deinde. Aptatur cor iusti legi; quia superiori rationi iure obediendum: sic enim vel a natura rationalibus constitutum. Voluntas regere non potest: oportet regi, quippe caeca, unde a ratione demonstranda via. Ergo lex in voluntate, est vivere sine lege: siquidem caeco pro libito spernit legem; dum conatur appetitum regendum dominari in superiorem. Rationem proposito exponerem, si prevaleret adversus eos, quos exosa ratio. Hoc amentes voluntarij singulari habent: offendere potius volunt, quam respicere. Cor iusti regitur simpliciter a lege, quippe ratio legis intellectum dat parvulis, ac intelligentiam simplicibus corde. Cor impij habet legem propriam voluntatem, quoniam sine ratione intendit regere legem. Illuminat oculos lex immaculata, ubi excaecata lex cordis lucida lumina. Unde impij raro convertitur anima; quia lusciosis oculis videntur pulchra, quae lumini rationis apparent monstra.

Quid hoc miser homo? Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa. Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa. Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa. Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa.

Quid hoc miser homo? Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa. Iterata culpa, malitia consummata, habitus malignitatis, excelsa.

tas mentis, quibus homo non homo; igitur cum lege & ratione huc illucque fluctans, pergatur sine lege: quapropter turba urgente malignantium, magisque cogitationum, regem cordis & legis eligit proterendum appetitum. Iustus habet in lege voluntatem; quia sequitur rationem voluntas, appetitum rebellem subigens legi. Impius autem habet in pectore legem, quia legi non subditur, sed lex cordis: & eò amentia devenit, quavis mandata, ac meditata legem exploret ut vi furoris nisi iuxta voluntatis & appetitus placitum, nullum agnoscat in precepto preceptum. Non sic iustus, non sic, sed vere beatus; quandoquidem dominanti rationi subditur servus.

Modò ad Paulinum testimonium. Video aliam legem. Infelix homo! Digne tamen. Superat ne molestiorem infelicitem; videre, illico ut micat ratio, in pernicem regni eius mancipium legislatorem. Infelix ego homo. Cur ergo? Video aliam legem in membris meis. Infelix sentiendo, infelicior consentiendo, infelicissimis infelicior non sentiendo. Primum est, peculum Protoparentis; secundum, assensus cupiditatis; tertium denique, cecitas cordis. Primum, fomes est & materia peccati; secundum, peccatum & causa peccati; extremum, peccatum & poena peccati. O infelicitas humanae lapsae naturae! Omnia procedunt ex principatu servi, & mancipatione domini.

Infelix homo sentiendo. Hoc opus, hic labor, ut sentiat, & non consentiat. Modò hoc vult, & modò illud. Secundum interiorum hominem condelectatur legi, verum exterius sentit aliam legem repugnantem rationi. Influxu contrarietatis, mutoties contradiccionis, fluxu & refluxu zelus cordis trahit & retrahit, comprimit & comprimitur, arcer, arceret, at tollit cor habitans pendulum mori morti, & vivere vitæ. Ibi ubi trahitur est, & non est. Modò facit, modò non. Vult, & non vult; speciosaque, nomina imponit culpa: mens aliud suadet. Audi pravaricatorum apud Principem iure Vatun lib. 7. Metamor. Fabul. 1.

Aspicit quantum Aggrediare nefas, & dum licet, effuge crimen. Dij meliora velint! Nescio quis Deus obstat, ait, mirumque, quid hoc est. Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.

Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur? Sunt quoque dura nimis. Cur queri modò denique vici, Ne pereat, timeo? Qua tanti causa timoris?

Furor impij.

Infelicitas Adami.

Certa anima intra spiritum quam acriet

Ovid.

Hesitatio inter contraria.

Excute virgineo conceptas pectore flammis, Si potes. Infelix, si possem, sanior essem. Sed trahit invitam nova vis, aliudve cupido, Mens aliud suadet: video meliora, proboque, Deteriora sequor.

Illustris Aporia! Luculenter animi hastatio describitur. Vellem, inquit, si vincere me (quod impotibile) possem, Lutea (incolcat cogitatione) vasa portamus, & vasa iniquitatis bellantia adversus figua spiritus. Limus odiosus demulcens magis exollat: fragilitas quam timeo, nolentem illecebris vellicando captivat. Si possem: Utinam! Plus valet (ut queritur Augulinus lib. 8. Confess. cap. 11.) deterius inolitum, quam melius insolitum. Quid faciam? Si possem: Quis me liberabit, & a me? Igitur exoptans rursum ascensionem cordis, dum plus fatago, plus teneo, & detineo futela cupiditatis. Quis me liberabit? Siquidem infelix sine ascensione peribo, & ascendere cupiens, usquequaque procido. Quis me liberabit de corpore mortis huius: Huadquaquam de morte corporis: cum facilius fit mori, quam vi voluptatum corporis rationi cedere. De corpore mortis: quoniam plusquam mortem patior in facione & affectione indomiti corporis, ubi nonnunquam necesse est vivendo mori; quia continuo necesse est usque ad sanguinem certare. De corpore mortis. Lutum enim sic fuit per noxam compactum; ut laxis habenis insolecat, & contractis, pandam angoribus procidat. De corpore denique mortis: etenim semper cavendum, ne incuria titubet ratio, & pravealeat blanda inimica libido: cuius crebris industrijs machinationibus cedat regina, obsequendo rebellibus. Mors corporis seniel, siquidem statum hominibus semel mori. Corpus mortis ubique, verbo, opere, vel ipsa cogitatione: & queritur homo infelix de huiusmodi in corpore acerba captivitate, quippe summa molestia mori quotidie.

5 Altipuletur Paulus. Sine lege peccatum mortuum erat. Peccatum, idest, appetitus, fommes peccati in statu felicissimo innocentia, ut observat Caietanus hic. Quomodo concupiscentia mortua, si concupiscebatur? Illo tunc concupiscentis appetitus sensitivus obediabat rationi, & ratio legi. Non sentiebat Adamus rebellem a domino deficientem, sed obsequentem: & ratione recta in prescriptum legis, nanciscabatur Adamus salutem ex inimicis. Sentiebat servientem servum, & chorum castorum legibus ordinatum. Iacebat canis ligatus, sopitus & tanquam mortuus; sed consentiendo, qui subiectus, excitatur inimicus. In hostes facidit tanquam in latrones, amittendo gratias vires, qui resumptis copijs spoliave-

runt infidiosa manu, & non abierunt, plagis impositis & femivivo relicto. Alij per Peccatum hic intelligunt diabolum, quali mortuum. Securè igitur dormit, dum homo delinquit: siquidem supervacua machina ex suggestione, in homine appetitu sensitivo regnante. Si semel concupiscentia rationem attraxit, suis flagitijs homo perditus in peiora ruet. Nota Occasione autem accepta (inquit Paulus) peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Per mandatum opportunitas accipitur coercionis, non illecebrosæ voluptatis: qua namque via fomitem ministravit prescriptum legis? Nititur in vetitum semper, cupitque vitata hominis lapsi toxico poni massa corrupta. Occasionem nanciscitur dissolutionis ab origine & fonte frugalitatis: & audacter forsificat, eò quòd lex immaculata crimina prohibet; igitur nihil magis peccatori voluptuosum, quam opportunitas conculcandi præceptum.

Reterat adhuc Doctor Gentium fortiorum, potiorumque effectum efrizata concupiscentia & solutionem liberioris audacia. Ego autem (inquit) vivebam sine lege aliquando. Sed quando? Sine lege nunquam homo. Exlex sine usu rationis, vel sine frano superioris regiminis. Appetitus sensitivus cum saturari non possit, vetita per præcepta concupiscit. Sine usu rationis, adinstar Tantalii habet capita, & non habet, quia non distinguit. Sine regimine competendo affectum audaciam, habet rationem subijcendis subiectam: & Paulus ait, Vivebam sine lege aliquando; quia illex cum lege potest esse moribus homo: siquidem contra latam legem vivere, est vivere sine lege.

Cur diabolus dicitur peccatum?

Ibid.

Legibus impius in de eriora devoluitur

Ibid. v. 14

Magnis certamina velle circa idem.

Ibid. v. 9.

Contra legem vivere est sine lege.

Ibid. v. 13

Pi est peccatorius.

Psal. 10. Anima in corpore est inclusa, non conclusa.

Ibid. v. 15.

Aliqua dicemus suo loco Tom. 4. Tautolog. 7. Peccatum peccantius. Peccatori nec lex, nec modus incit. Bellum gerit supra modum contra rationem, & apponit iniquitatem super iniquitatem: unde ægrè ferens subiectionem rationi, quam lege superiorem agnoscit; calamum quallatum usquequaque confringit. Peccantius peccatum, quia supra modum. Habitu valido, intellectu liso in vana phantasmata cogitationem dirigit; & patet sine lege, quòd novissimus error peior priorè. De consensu satis: de extensu Tautolog. 6. Didasc. 9. maxime num. 4. modò verò de sensu asfectu.

7 Perpetua hac est materia certaminis inter infidias appetitus & imperium rationis. Apostolum audi: Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Idest, sub concupiscentia, non honesti, sed delectabilis boni. Venundatus? Utique. Pomo Adami servus emptitius, eisdè iustificatus, motus rebellionis sentiet, velit nolit. Ecce servitus & durissima: etenim nulla gravior in rationali natura; quam diverterum lege, circa idem obiectum velle & nolle. Bonum proponitur cum reluctatione carnis & sanguinis: malum autem delectabile cum pestundatione legis. Perplexus habitans animus nutat, labat, modò surgit, modò cospitat: ac de captivitate sub peccato queritur Paulus; quia fastidiosa undique servitus, suasionibus impelli ut velit, quod legum præscriptionibus rationabiliter odit. Venundatur sub peccato, ut exercitatione probetur; & angelus colaphizans victorie testis vel invitatus exhibeat. Peccator venundatus est sub lege, quippe impulsus, non compulsus iacet in crimine, sed verè compulsus sub rationis moderamine: & Paulus non sub lege, sed sub peccato venundatur ut carnalis homo; quia pericit bonum, quod vult, nolente lege carnis; & malum odit, quod titillans vellicat, volente lege rationis.

Sphæra mentis plerunque obducitur nubibus carnis, nimbo concupiscentia, & pulveris fragilitatis nebulis, umbris, vaporibus; quoniam anima immergitur corporis sensibus. Unde illa querula dicit & grata: Nec conclusisti me in manibus inimici: querula, quia inclusa; & grata, quia non conclusa. Traditur infidijs, & trahitur voluptate sanguisugæ dentis, Asfer, asfer: traditur concupiscentia inferno, qui nunquam dicit, Sufficit: & etiam subtrahitur ratione, dicente mari spumanti, Sile. Navis simul agitur vento obliquo, & secundo: Euro, & Favyonio: fallor, à quatuor namque ventis oritur turbo.

8 Perpende. Quod enim operor (inquit Paulus) non intelligo. Nihil volitum, quin præ-

Tom. I. Taut.

cognitum. Qua legè non intelligit, quod vult; aut volitum præcognitum non cognoscit? An quia in illecebris latet decipula, sicut anguis sub herba? Filij Adami nequaquam aperiant oculos. Dona serpentis imitantur hamos. Capitur ut capiat. Pater in Parentibus: aperti sunt oculi amborum. & pro xenijs avitis circumspexerunt venenum. Quod operor non intelligo. Idest, perfectè. Nullo modo evacuat in operationibus quod ex parte: alias præcognoscens examine stricto præceptorum transgressionem; captus delectatione, minime opetaretur in perniciem: nec cor eisdè solutissimum, auderet vel respicere faciem sceleris; si perfectè intelligeret ostensionem Deitatis.

Quod operor non intelligo. Regnum Dei & regnum diaboli intra nos est, Ierusalem & Babylon. Diverforum ventorum index est animus noster, circumcirca volvitur triton: huc atque illuc trahitur & distrahitur stylus ferreus, & arcus: ultrò citròque movetur ad Crucem & Ursam. Cynosura duplex, gemina Helice, mens agitat molem: & non intelligit, quomodò prædicè malum operatur legis, contra iudicium rationis bona adversa speculativè verè bona iudicantis. Non intelligo: igitur quod nolo nolendo volo, & malum quod nolo facio. Non intelligo: siquidem quod odi, vehementer diligo, & quod diligo vehementer, vehementius renuo. Novum porò rationali cordi, amorem exosum & odium amabile præcorditer experiri. Vellem concupiscere, & nollem concupiscere; & tamen concupisco. Non intelligo: cor enim quasi momentum statera titubans nutat inter nolum, & inolitum malum, atque inter volitum & inolitum bonum. Quapropter captivus detineor diuturna infelicitate, ignorans in intelligentia facti & velle & nolle.

9 Ut clarescant & gloria certaminis, velle etiam & nolle carnis & rationis, perpende arenam pectoris. Igitur ego ipse mente servio legi Dei: carne autem legi peccati. Ego ipse. Emphaticum est. Nemo potest duobus dominis servire: unum diligit, alterum contemneret: & dicit Paulus, Ego ipse contemno & diligo; ut exprimat servitutum onerosam, postus iurabile inter caelum & terram: quandoquidem mirum, eundem ipsum temere lege mentis dilectum, & lege carnis adamare inimicum. Ego non ego videor in motu bilancis simul annuens & renuens. Ipse & alius à me, quòd cor vult & non vult. Desolatior regnum divinum, & inolefecit intestinum prælium. Mihi ipsi ego confusio magna: quam patior; singularis est calamitas in statera: etenim labor & labor non alius; sed ego ipse inter velle & inter nolle.

P 2

Omnis peccans est ignorans

Quam dira concupiscentis sensitivi & rationalis

Ibid. v. 5

Iste alius videtur in hoc certamine istius

10. Abnegatio sui proponitur frequentibus Soteris N. doctrinam, cum ille diceret: *Siquis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me.* Difficilis nodus. Post venire est sequi, ad quid ergo addit Salvator, *Sequitur?* Post venire non solum est sequi, sed praecepta exequi: quoniam se sequitur, & non magistrum, quisquis sequatur executione pratermissa legum. Sequitur qui post venit, tollendo seipsum a semetipso: extra se secum (quod dira crux) habitando, & militando; igitur si sustulerit huiusmodi crucem; non allequetur, licet sequatur affectibus Salvatorem.

Propositum abnegationis non tantum videtur difficile, sed impossibile humanae fragilitati; quia est separatio inseparabilis hominis a seipso. Physica est vitalis aere privato, quae quidem non a se voluntarie fit (quasi foret mortuus a corde homo patiens) sed a morte, quae in omnes homines pertranst propterea: alius homo existeret sine vita vitalis, nec posset mori, qui mortuus in umbra mortis. Et hoc in abnegatione intenditur? Etiam. Intenditur sane Maxentij inauditum vel a tyrannide tormentum, in rebellionem corporis adversus animum. Corpora corporibus conjuncta mortua vivis. Ideo anima pingitur ab Ambrosio in *Psalm.* 118. *serm.* 22. operata non corpore sortito, sed pro corpore, mortis involvulo, idest seclero; dicens: *Quomodo vivit? Pro quo Paulus ubi supra: Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Si homini gratus fector, dum sequitur; non abnegat semetipsum. Abnegabit, si abigere temptet ut putridum, corpus adhuc vitalitate affectibus mortuum. In carne extra carnem vivet, si corpus vivens ut cadaver scetet. Haec est enim abnegatio vitae, vita mori.

Gladium mittere venit Salvator inter charissimos & adinvicem contrarios, inter corpus videlicet & animam, ex quibus homotuncque obtinebitur ipsius hominis abnegatio; ubi circa motus animalis vitae, sensum & corpus fingerit quasi cadaver. Si secum, quasi extra se vixerit, sese abnegat; quippe avita corpori, quod secum vivit rationabiliter negat: nec servo sub alia lege, quantumvis renuat, degere connivet, quam sub illa quae expedit. Unde nascitur homo fortem (caeleste donum, terrena felicitatem) sui ipsius abnegationis; in carnis lege degendo extra legem carnis.

11. Abnegatio sui est quasi a se deficientia, tanquam ipse & non ipse, ipse & alius; quippe aliter in seipso. Ubi enim non ego, ibi felicitus ego, dicebat Augustinus lib. de *Contentia*, cap. 13. Cum ego ego sim, malum

quod nolo facio, & non operor bonum, quod volo: siquidem operor quod placet, & vellem operari quod licet. Ego non ego (cum non videor) sum verè homo, quoniam pravalet ratio; & in signum felicitatis dirimitur in conjugio velle & nolle carnis & mentis. Confer modò *Non ego felicitus ego*, cum illo Pauli, *Ego ipse*. Quia Paulus ipse, non ipse: & qui sequitur non ipse, ipse in sui ipsius abnegatione. Ipse ipse, quando legi Dei serviebat mente, & legi cupiditatis obsequabatur corpore: & non ipse felicitus ipse in abnegationis parva fortuna; quia vivit moriens in carne sine carnis petulantia. Hocine rationis imperium, quod solummodò amittitur per peccatum.

12. Recole antithesim Matthaei & Lucae. *Vestri autem beati oculi, quia vident* (dixit Iesus Dominus & salus nostra discipulis, felicitatem huiusmodi minime considerantibus) *& aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetae & iusti cupierunt videre quae videtis, & non viderunt. Ubi Iusti, Lucas subscribit Reges. Quomodo reges iusti? Nunquid iustus Acaab? Absit. Quo ergo pacto iusti reges, cum plerumque extiterint, & vacui seculari maiestate, & saturati misera pauperie? Ipsi sunt enim reges magni ait N. Venerabilis Beda in *Luc.* lib. 3. cap. 43. quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo praesse noverunt. Ergo regnum erit conatibus rebellium non obedire, sed potius subijcere animales appetitus rationi. Ostende in illud, Regendo praesse noverunt. Quis igitur regendo non regit? Ratio regina, dum cupiditati subest. Servire haec debet, quia serva. Ratio debet imperare, quia regina: & dicit ingeniosè praesse regendo; ut caveat homo servitutum carnis, excutientibus subditis moderatam rationis. Haud praes Adamus corrueret, si regendo praesuisset. Perperam cupiditates reget, qui cupiditatis inimicis indulget. Pater in nobis connivente effectus. Lachrymetur, & serviat mancipio dominus. Audi miser Hermannum Hugonem in *Piis animae desider.* lib. 3. *suspir.* 8.*

*Credite posteritas, Adam vos estis & Eva: Et vestrae pomum corrumpere manus. Ordior a cunis, hic mecum lachryma nata est: Hic docuit vita syllaba prima queri. Horror & horror erat, vox omnibus, omnibus una*

*Heu puer, heu quantis gignitur ille malis! O Deus! O superi! Patientia vincitur: o quis Qui me mortali corpore solvat, erit?*

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*

DI-

DIDASCALIA V.

In praecepto subditis potissima ratio: Iubetur.

1. Excerpta fuit huiusmodi gnome ex Eusebio Nieremberg in *Sigalione*, seu de *Sapientia Myssic.* lib. 5. cap. 15. In Principe (subdit) *parendi legibus studiosa voluntas, fit in subditis necessitas. & temperantia praecipientium obtemperantia praceptorum: igitur si ultra progrediuntur praecipientes, citrà recalcitrant obsequentes inferiores. Nihil arbitror iniquius, quam nolle subijci, & obtemperari velle. Omnia* (inquit Legislator N. Sanctif. Patriarcha Benedictus *Regul. Sanctif.* cap. 2.) *qua discipulis docuerit Abbas esse contraria; in suis factis indicet non agenda: igitur difficilis inventu melior servus deteriori domino. Omnia cadunt ad amissim mensurantis: & saepe vulgus speculum Principis. Aegyptus homo, & non Deus; insipientibus corde, seu vecordibus, spe falsa lactatis, nec ferventibus, dixit Iaias. Aegyptus homo non est, nec esse potest. Rex Aegypti est homo. Ita: & Rex homo vocatur Aegyptus, idest regnum; quia omnia moventur ad exemplar principum. Decantatissimum est illud Claudiani in *Paneg. IV. Consulatus Honorij*, v. 299.*

Euseb. Nier. Exemp- lum in Superio- ribus ne- cessariu.

S. Ben. Nanaquã inveni- tur ser- vus me- lior de- teriore do- mino. Iai. 45. 3.

Luc. 10. 24.

Bed. Rex ma- gnu rex quisquis sui.

Claud.

Senec. Inter re- gem & regnum nullum discrimi.

Malè cur- pitates reget, qua rum sag- gestioni induiget.

Herm. Hoc. Misera homini.

Deus co- litur in Superio- ribus.

bus homo. Unde si utur lubet temperat, fu- renter imperat, & etiam improperat; apex est singularis obedientiae, homini tanquam Deo cedere superiori. Semper enim honorandus, etià homo fit & non Deus.

Præses constituitur, & ad similitudinem Dei, idest ratione praeditus, constituitur Adamus. Ratio in qua imago Deitatis, praesupponitur, sed non exprimitur; ut conlter recuissima forma potestatis, & habitudo non abnuentis inferioris: igitur ad similitudinem Dei nihil citra rationem praes decernit; & homo ut iumentum factus, rationem praecipientis non agnoscat.

2. Petit ardua virtus obedientia, & inver- so inter homines ordine, plus emulatur. Cogitatum cum pipere exponam altero subditis, ut ferant libenter necessario ferendum. Prudens, imperator constituitur a natura; igitur ex lovis capite nata Minerva: & Horatius lib. 1. *Epistol.* 1. accinit: *Ad summum sapiens uno minor est Iove, arces, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum. Stolidus verò a Fortuna, igitur lorti & fortuna obediunt omnia. Cogita quomodo & fuge.*

*Fortunam insanam esse, & caecam, & brutam, Saxoque instare globofo praedantem volubili, Caecam, quia nihil curvat, quò sese applicet; Insanam, quia atrox, incerta subijique sit; Brutam, quia dignum atque indignum ne- queat internoscere.*

Ita Martinus Delr. ex Pacuvio in *Traged.* *Senec. Hercules.* *furent.* v. 523. Vide etiam Achil. Bocch. lib. 3. *Symbol.* 66.

Elevatur ergo insipiens in solium, celsitudi- ne tamen nutat caput, & paulatim convertitur in belluinum. Magnus profectò Deus Pfaph! Quid igitur Hanno? Affirmatio & negatio eiusdem de eodem secundum idem sine contradictione. Et throno labitur Nabuchodonosor belluini insulis. Ille iactus tuus Domine longè est a nobis: etenim deijcitur homo fortunæ pica laborantis ipsensus, in brutum stolidum afectionatione conversus. Ludit ipsa, plaudique videns (caecis luminibus) onus stultorum tradit immeritò baiulandum sapientibus. Quia rex non homo in hominum regimine; prudentiore consilio ad animalia impellitur pede. Quia non homo (an malicia, vel malitia?) ad thronum evexit fortuna saga. Ita: principatur forte, non arte: & dum caelo placet homines imponi *super capita nostra*; fortunæ displicet, nisi imponat animalia. *Super capita*, ubi thronus intellectus: quoniam in obedientia meritum cederet ratio etiam superiori stolido.

Saepe mihi dubiam trahit sententia mentem.

Genes. 1. 26. Sufficit insidio in subditi obedientia sine decretis causa.

Horat.

Pacuv. Fortuna insana, caeca bru- ta.

Martin; Delr.

Daniel. 4. 30.

Onus sapientis, insipientis obedientiae con- sulit.

Psal. 65. 12.

tem, cur tam in Profanis, quam in Sacris Imperia & Imperatores obumbrentur bellis & volueribus diris? De quo fusc videris Pier. Valerian. Vincent. Chartar. Hubert. Goltz. & alios Palaeophilos. In Sacra Pagina regna Chaldaeorum Persarum, Graecorum & Romanorum in animalium horribillium speciebus ostensa fuerunt Danieli cap. 7. v. 3. Quatuor bestiae grandes, & cap. 8. v. 4. Omnes bestiae non poterant resistere. Ad Gaspar Sanctium huius Regimen hominum expedit designari per homines, non autem per animalium imaginem, ut enim hominum in bestias, fecit belluarum in homines constitutum imperium. Quare ergo, si hominibus regendis Principes prudentiores, praestantur in bellis? Imperium rationale constitutum a natura, leges dirumpens, perculit audacia: Satis onerosum videbatur, homines hominibus obedire; & decrevit aulitricae tyrannide potestas, bellis hominibus homines obtemperare. Extrema calamitas! Siquidem nulla grauior nobilitati rationis; quam sapientes horrere & obedire insipientium constituit.

4. E rosas toxicum, & toxico rosas haurit arrogantia & obedientia. A viscerum conditione pendet alexipharmacum, & luridum undequaque venenum: igitur ex imperio indigno oritur corruptela indulgentium genio; atque ex potestatis abusu gignitur ulus reclus obediendi scelerato. Magis sane potest esse superior, sed obediens nunquam malus. Male iubet, verum subditus bene obedit. Obedientia, quia optima, semper maxima. Non agit perperam, non decipitur, nonquam excidit, non cogitat malum, nec bonum, sed optimum: igitur non recte rector quit quicquam iubere, ceterum subditus nequit imprudenter facere. Subdit enim regenti (est perperam) rationem in suo sensu hand turpiter abundantem; & veneno imperij rofarum animus legit coronas, quoniam intellectus leo, sicut bos comedit palcas. Mirum enim erit ex maxilla asini, in mandibula pulli aquam sapientiae exhauriri a Samson. Rex venit summus super asinam & pullum asinae. Haud phalerata animalia: nec habebant, queis ducerentur capistra. Errata Iesus corrigit superioris atatis, nostrum proterens spiritum praesumptionis: igitur ducitur obediens summa Sapientia, quo & qua insipiens gradiebatur sultitia.

Haud bellum ordimur in omnem inobedientiam: igitur si crimen iubetur, non est iustitia, sed tentatio; uti apposite cogitavit Eusebius Nieremberg lib. 2. de Adoratione, cap. 12. Obedire, magis quam hominibus, oportet Deo: & recessus abnuentis circumspicitur.

luntatis est obsequium officiosius pravitatem decernentis. De quo nobis erit fermo Tom. 2. Tautolog. 12. ad illud Apocal. 22. v. 3. Servi eius servient illi. Non contemnitur potestas auctorata Consulibus, si Imperatoris contraria lege interdicitur. Obedientia de qua in praesentiarum, non est de malo, sed de bono prohibito, sicut fuit pomum interdicitum Adamo: Quatenus tanto virius (ait N. Gregor, lib. 35. Moral. in Iob. cap. 10.) hoc quod ageret virtus esset, quanto & a bono cessans, Auctori suo se subastum exhiberet.

Est igitur huiusmodi obedientiae argumentum colluctatio adversus carnem & sanguinem, contra philantiam, & sapientiam scientiam, in caenodoxiam; in terrenam scientiam lyncicalpam, id est, voluntatem propriam: etenim contra propositum, ubi sensus & iudicium obedientium non abdicantur; imperia superiorum etiam perfecta abdicantur. Ubi voluntatem Praesulum agunt, propria fatagunt: nec sentis potius habere in ipsa voluntatis alienatione; & dum habent, non habere. Adiecti sunt proprio sensu sine sensu, at iudicium arbitrantur sine iudicio. Unde intendunt esse aliquid, profinentes esse nihil. Intumescent & evanescent. Inde corruunt, unde sublimes fiunt. Non allevantur, sed dum alleverantur, deiciuntur. Dum Nos talia de quorundam pravitatibus loquimur; nemo nos simul cum eis etiam Religiosis, atque honestos carpere suspicetur. Illos etiam ipsos nequam livido detractionis dente corrodimus, sed eorum potius fraternam compassione plendendis moribus condolemus: qui nimirum per dissoluta conversationis incuriam, non solum nobis scandalum generant; sed ipsi etiam secularibus detrahendis & detestandi Sacrum Ordinem, materiam subministrant. Hadenus N. Cardin. Ostiensis S. Petrus Damianus Tom. 3. Opuscul. 21. cap. 2.

4. Ut fulgeat exercitium Evangelicae & Religiosa obedientiae totis viribus amulande, fastigium eius collocatur in humilitate, & humilitione. In humilitate, quia proprii sensus iudicio voluntarie privatur: in humilitione, quoniam ineptis quae legibus premitur. Ergo si subditus in impetium rescendit; humilitione profecto operabitur, sed non humiliter. Cordis & corporis, quasi duorum passerum pro leproso, sacrificium erit obediens. Primus qui moritur, significat humilitionem humani peccatoris. Moritur etiam secundus, ut resurgat humilitas cordis. Lepra igitur obedientiae symbolum, quandoquidem obedientem usque ad mortem vidimus quasi leprosum: perperamque cor omnia in omnibus subdit, ubi imperium superioris animo voluit.

Iulio criminis non cadit sub imperio superioris.

Greg. Mag.

Materia obedientiae Evangelicae.

Eius ad dicationis nomenclatura.

Petr. Dam.

Quid humilitas, & boni habitio? Levit. 14.7.

Obedientia cordis & corporis.

siquidem est tinctum sanguine pulchre obedientiae, passerem permittit in agrum propriae voluntatis avolare.

Succinit Bernardus de Praecept. & dispens. Verus (inquit) obediens statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi. Verus, dicit: etenim sine mentis subiectione surdus audiens, mutus loquens, mancus perficiens, claudus currens, & inobediens iudicabitur obediens. Ut ergo philantia leprosi mudentur; praeparantur aures auditui, lingua voci, manus operi, pedes itineri. Aperitur igitur lingua mutorum, saliat sicut cervus claudus, surdi audiunt; verum caeci obedientia non videant. Utrumque miraculum: & quod verus obediens pulsanti nutui Superioris aperiat; & quod vigil ad praecceptum oculos claudat, quin satagat perferuntur legis rationem, sed exequi legem. Haad (quantum auguror) aliquid magni, quod caeca voluntas cedat in obedientia rationi; sed insigniter magnum, quod ratio caecae subdit voluntati.

A voluntate tua avertere, dicit Siracides.

Consilium est & effectus obtemperantiae; siquidem in obediencie propriae voluntatis voluitur summa cordis obediens. Gloriosissimus Benedictus Pater meus Regul. Sancti, cap. 7. Grad. humil. 1. ita legit: A voluntatibus tuis avertere. Quota enim cuiusque hominis una voluntas, ut plurimum in homine averruncetur auctoritas? Tot iudico voluntates, quot cupiditates cordis. Variè odorantur commoda & incommoda homines, quorum affectio modo hoc, modo illud, modo vult, & modo non. Nec velle, nec nolle; nec hoc, nec illud, nec modò, nec modus subditorum proprius; sed quando & quomodo vult superior. Hoc est quod dicitur a S. Patriarcha, ibid. Gradu 3. Humil. Omnis obedientia; quippe non omnis, si sibi aliquid obediens vendicat voluntatis. Omnes igitur voluntates avertende, & evertende, modò studeat voluntas obtemperantiae. Vide plura circa huiusmodi testimonium, & versionem hic Tautolog. 6. Didasc. 7.

5. Altius documentum in voluntatum multiplicatione latet, quod aperire volupe. Saepè voluntas gnomo est intellectus in Sacra Pagina. Unde Paulus 2. Cor. 4. v. 6. Ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei. Et contra Iai. 6. v. 10. Exceca cor populi huius: ne forte corde intelligat. Averti a voluntate, est voluntatem subijcere: verum averti a voluntatibus, est cessare & abdicatio rationis & voluntatis in imperium voluntatis superioris: siquidem ut obedientia sit perfecta, subijcenda sunt omnia.

Intelle. Huius voluntate, & econtra.

Omnia abdicanda, ut sit obedientia perfecta.

A voluntate, dices, sit: verum à ratione? Haud Miserè ploras. Falleris: feliciter ploras. Occasionem habes, unde exultes. Neque unguia remanebit in Aegypto, ubi voluntas obederit ultro. Parum perfectionis (licet perfectio) eminet, tradita duntaxat maioribus voluntate. Suppellectilia magna & splendida, tanquam animae chara clenodia, sibi servat, servato spinthere intellectiois in armario recondito peccatoris, quisquis sensum non abiecerit legis, quantumvis facultatem tradiderit cordis. Aliquid, vel ad pedes Apollolorum, intenditur fraudari de pretio agri. Tanti agrum Monachae vendidisti? Si ut talis, uti profereris, perfectionis satagis; aperte mentiris. Non tanti, sed plurimi. Auferenti tunicam, dimitte & pallium. Nudior formosior. Vade duo millia, angariatus mille passus: igitur quodcumque supererogaveris, cum venerit, reddet Dominus. Non tantum pedes dedititij erunt ad Superioris imperium; sed & manus & caput, intellectiois depositum: siquidem ut inter adversa & prospera floreat, & ubique dirigatur obedientia, non solum à voluntatis iure constitucetur alienatio, sed etiam voluntatum confirmabitur cessio: quandoquidem haud unice magni in obedientia habetur summus voluntatis; nisi accesserit captivitas eminentis in subdito intellectiois. Voluntatem subiget, ut praecceptis superiorum obediatur; & intellectum, ut causam praecceptorum non cognoscat. Eminentiore igitur viam obediencie demonstrat Benedictus, in voluntatum aversionem intentus.

Intende. Insolentiam, arrogantiam, os bilingue & duritiam cordis eorum, qui praestant obedientiae operibus praevitit; & de medicamine subditorum providet. Hos magistri operum affligunt operibus, dum illi laborant gementes honoribus, vitam subditorum perducunt in amaritudinis luti, & lateris. Humilitate intumescunt, nec in bili, vel obsecuti languescunt in dilorbte iussis, livide cogitatis gloriantur: nec cedent geræ iudicio, nec luce commovebuntur. Quippe contemplantur bonos, vexant ut malos, iudicantes non filios sub gratia, sed servos sub lege constitutas acerba. Si micat, quod raro comitas, signat in peccatore quod evanuerit charitas: igitur ubi plus urbanitatis, ibi plus foeticitate nequam intentum detestandi livoris. In consilium itur, an eorum subditis procedendum erecto, an demisso capite, an congruat superciliosè, vel interrupte loqui, an ore retorto subridere, & quid ex his plus aferat, vel auferrat auctoritatis? Quid de cupiditij eorum? Legge Scribam in Medico Religioso; & N. Card. Petr. Damianum recadefcentem, ubi super, & im.

Ratio etiam cum voluntate subijcend Superiori.

Superioris nequam in dolet.

Quae monstra sepe imperij flagra?

Daniel. 7.3.

Gravis istius insipientium rationi irratiabilibus obtemperanti.

Obedientia quia optima, maxima.

Iudic. 14.7. Match. 23.34.

Euseb. Nier.



etiam praesidi cum voluntate rationem.

Matth. 16. 24.

S. Ben. Ambros. Clemens Pap.

Quid est se sibi abnegare?

Nesciat iudicare, qui scit subesse.

D. Th.

Sapientia, qui in obedientia desipit.

10 Documentum prorsus illustre! Astruit Benedictus, quod monuit. Si quis vult post me venire (dixit celestis Asfector) abneget semetipsum, & sequatur me. Præcedenti Didasc. n. 10. & 11. illustravimus abnegationem: modò observæ Benedicte Gloriosi Patris versionem testimonij singularem. Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum, ait ubi supra cap. 4. instrum. 10. Ita etiam legitur Ambrosii lib. de Penit. cap. 10. Clemens Pap. Epist. ad Iacobum frat. Dom. & alij apud Haye hic in Bibl. Maxim. Ad quid igitur pronomen Sibi, subdito qui seipsum, sese abdicans, alterius traditur ultro voluntati? Non sibi sese negat, quisquis se abnegat? Non. Aliquid sibi in abnegatione recondit, quod non alteri, ut praesidi, sed sibi subdit. Proponitur & imponitur à superiore præceptum, & volenter parat, quoniam abnegavit semetipsum: verum suggeritur à proprio sensu intellectionis praesumptio, nimirum, Cur? Quis? Quid? & alia confecta subtiliter, & lethaliter à philantia: quibus iudicij & sensibus estò decreta adimpleat, & seipsum abnegando opere compleat præceptum; non sibi negat, abnegando seipsum.

Clarius pronam. Se abnegare, est tradere voluntatem. Se sibi abnegare, est omnino in studium obedientiae captivare intellectionem; & à seipso, quod inaudibile cruciamen. Intellectio spiritus est tanti momenti in natura rationali, ut eius depositio quid videatur impossibile; igitur iudicat homo, quod non sit homo, ubi alteri submittitur intellectio. Aliqui in obedientia deponunt voluntatem, sed sibi servant præcepti, præcipientisque rationem: & non tantum se, sed sibi iubet Patriarcha subditum humilem abnegare in obedientia; ut vincat impossibile subiectionis iudicij, contra iudicium intellectus proprii. Vide D. Thom. 1. 2. q. 13. arti. 5. ad 3. Haud spectabilis subiectionis cæca voluntatis sine proiectione advertantis perspicacis rationis: & non solum in Monacho sui, sed sibi etiam intenditur abnegatio; ut excellat subiectionis intemerata perfectio: siquidem nescit uberi sensu opportune iudicare, quisquis perfecte didicerit obedire.

Non placent Benedicto in obedientia perexigua: placebunt & maxima. Petir ardua virtus & pluri ardidit intellectus subiectus. Violentum nimis naturæ intellectus pessundare, & non rationi conceptæ, cognito delirio, rationem cedere, Pungit acriter intellectum, ne volitum sit desipiens superioris iudicium. Facile cor suscipit iugum, sed non caput. At considerandum regnum caelorum vim pati,

& à violentis rapi, ut gaudeant expectata beatitudine: ergo ut assequatur Monachus gloriam perfectam in obedientia, scire debet superanda impossibilia: etenim Superiorum, etiam desipientium, exequendum mandatum à subditis captivantibus intellectum in obsequium. Sapere proculdubio notum fiet, qui ut plene Deo in praeside obsequatur, prudenter desipit.

11 Si quis (inquit Paulus) videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens. Nequaquam Deus qui dedit nobis intellectionem & omnia, potest gaudere (uti accidit principibus saeculi) vana stulticia. Sanè vana, igitur in sapientibus saecula. Ad quid & quomodo sapiens erit insipiens, ut sit sapiens? Abundant complures suo sensu, nimium addicti peculiari intellectionis iudicio. Insipientiam arbitrantur, obedire insipientiae; ac validum vulnus insiditum intellectioni. Apud Deum est stulticia, saeculi humana sapientia: & ut homo sit vere sapiens, debet in obedientia apparere non intelligens: igitur erit stultus, qui in huiusmodi schola studet videri doctus. Fatua sapientia insipientia debet dici: quandoquidem sese seducat vana cogitatione, qui intenderit in suo sensu circa praesidis insipientis obedientiam abundare.

Non attendit verus obediens quid præcipitur, sed quod præcipitur. Cum præcepti & præcipientis reflexione sese iudicat insipiens aliquid esse: & ut sit sapiens, ita obedire debet, quasi insipientiam praesidis non intelligeret. Sapiens sit sibi metipsum, ne se seducat inanibus verbis, quisquis fatagit perfectionis. Ut præcellat obedientis intellectus, fiat consulto prudenter stolidus. Sic sine ratione ratio, sine discretione discretio; siquidem in præceptis, subditis potissima ratio, lubeo.

DIDASCALIA VI.

Nemo seipso maior, aut minor est.

1 VIVIDè exclamavit Nazianzenus Orat. 3. de Pace in Chamaeleontes dignitatum, quasi possint insulis adiacere ad futuram suam cubitum unum. Semper biat semper tenuem, quæ vescitur auram Reciprocatur chamaeleon. Et mutat faciem, varios sumitque colores. Canit Alcibus Emblem. 53. Non tunc magnitudine, sed aere. Pinguescit levitate procul pudore. Quis non videat (fallor) quis non rideat, ruptis crepidinibus arrogantia, nec castigata difficultatum obicibus impudenti.

1. Cor. 3. 18.

Et sit doctus stultus.

Præceptum cognoscat, & non intelligat.

Gregor. Nazianz. Ambitio in Chamaeleonte. Andr. Alcibi.

Indignus auctoritas.

Sepe.

Nos sumus nosra nostra.

Prov. 20. 10. Udat be-mini mensura?

Ioannis Baptista Peregrinus in terra. Chryso.

Luc. 1. 66.

Ibid.

dentia, onustum rivulum fortis illuvie, oblitum alvei, extra ripas vagum, ruderibus plenum, è hæc Reipublicæ Narcissum homunculium, sibi gratulantem, comprecentem, placidum & circumspectum in ludrico & lubrico speculo dignitatum? Quis non achiogeus in hoc spectaculo? Quæ per admirationem parare volumus, ridicula & obiosa sunt: dixit Stoicus Cordub. epist. 5. Qui domum intraverit, nos potius miretur, quam suppellectilem nostram. Suppellex nostra non sunt merita, sed meritorum signa: nos sumus merita nostra: & parum sibi debet in splendore dignitatum; qui oculos curiose decipit decore suppellectilium.

Non ideo maior nanus in montium cacaminibus, nec pygmaei gigantes adhuc in turribus. Nos, non, non nostra: & pro nobis nostra ostendere, scena ridicula. Nemo seipso maior, aut minor est. Omnia sua secum portat: quippe homines mirantur homines, & non larvas: dotes, & minime insulas. Collatione præstantissima dotum, fortes mittuntur in sinum. Mensura & mensura abominabilis, maxime vertigine culminis (ausa lapsus, fomes impulsus) in cuius altitudine evanescit mensura sine pondere. Neque ad lavan, neque ad dexteram via regia est. Deviat à recto, in mensura incipiat a semetipso. Se secum insulatum metiatur: aliter mensura mentietur: & dum arte intendit ostendere magnitudinem; mensura & mensura profert abominationem. Vide Tautol. 5. Didasc. 20. n. 14. Sordes saepe in pedibus, quia obliviscitur finis: sed deteriores in capite, si vanitas obliviscitur exordij. Hæc ut Lesbia regula fallax mensura. Respicas. Calceæ te caligas tuas. Ni sic, exiliator, modò agnosces tu, quis es.

2 Natus est prodromus Christi, ut præpararet adventum, & omnes crederent per illum. Miracula coruscant, quæ & tonitrua: fulmen admirationis peccatoribus gratulantibus ingerentia. Illustratur, sese impellentibus crebris miraculis, qui futurus erat prodigium multis. Omnes stupent. Nec mirum, quamquam novum: Cum ipse, ut firm. 92. ait Chrysológus, satis se miratus est, esse peregrinum. Verba hæc (habent igitur mirifica voces, ad quarum visionem convertuntur aures) divulgabantur per universa montana Iudææ, & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? Scrutare singula. In Ioannis pterygicum aliquando, ad mores dentaxat modò.

Spectabilis in lucem proditur lucifer, consors iam communis auræ. Vix dum in omnium commodum nascitur, & in corde magni tanquam miraculum penditur. Quis putas, Tom. I. Taut.

tas? Aium. Promittitur iudicium, sed affectus nescit modum. Nulli infelicius, quam sponte decepti aberrant: igitur suorum gloriam definientes, modum ignorant. Plausus Ioanni cedit iure, & non caret suspitione. Transitus fieri debuit de mente in pectus, ut in corde conciperetur puer ille magnus: haud de corde ad caput, ne iudicaret affectus: siquidem conceptus lubricat in capite, dum fingitur ex miraculis, quæ posuerunt in corde. Acceptor esset proculdubio laudatio, si ex iudicio proveniret affectio.

Iste. Et quis est iste? Magnus. Et puer? Miraculum grande! Accidit rarò ut nascatur magnus homo. Homines magni non nascuntur, sed fiunt; quoniam magnitudo fovetur in homine virtute, non sanguine. Elisabeth impletum est tempus pariendi & peperit filium. Homo natus est in ea. At non natus homo magnus, sed puer magnus. Miracula haudquam respondent tempori, nec naturæ, nec arati: supra omnia. Ideò miranda. Non novum in mundo, quod homo præfert magnitudine beneficio ætatis, sed quod foreat puer & magnus, dum iacet mancipium temporis. Dentaxat agnoscebatur Ioannes puer corporis magnitudine: sed magnitudinis corpore etiam gigas puer iste.

Puer iste erit. Non est? Non. Erit. Manum habet: etenim manus Domini erat cum illo. Erit utique magnus homo. Nihil erit, si manum non habet, quantumlibet excelsæ magnitudinis: erit tamen puer, gigas in manu potentis. Est, & erit. Est coram Domino tot miraculis, sed non est coram hominibus. Erit. Portenta supra ætatem, signa supra naturam, & erit: Etiam. Apud homines magnitudo mensuratur arate; non miraculis, sed munere: & Ioannes estò magnus vel in nativitate, non est, erit. Quis, dicunt, inter homines potest esse plausus puer? Vernacule. Las prendas sobrestalem in grado superior: mas entre bombres, que puede ser un rapaz? Ambigitur sine tempore infantis gloria, quoniam iudicatur à senioribus manus Domini abbreviata. Nesciunt brevi tempore completi tempora multa. Sæcula aptantur verbo Dei in splendoribus. Apud homines charismatum splendor aptatur saeculis: quasi senioribus essent addita miracula, & non magis rutilarent in pueritia.

3 Ad propositum ergo Didascalie. Notatu digna iudico huiusmodi verba: Quis putas puer iste erit? Quis dicunt, nequaquam Quid: & quid ad bonum hominum omen explorare solemus. Per successus, aut miracula præfaga mente aliquid de aliquo prænuunciamus. Quis & Erat implicat, cognos-

Aff. fluo minuit, extollet dotes.

Encamium Ioannis quod magnus puer.

Magni supra ætatem rarò erunt.

Icon.

centibus id de quo, ut fiat praesagium. Ergo *Quid*, & non *quis*, dum homo nascitur, praesentendum. Nullo modo. Non humano idiomatis usu in divinatione vicini loquuntur; etiam vocibus, Ioannis celsitudinem significare portendunt. Quod praedicatur in *quid* essentiale, seu personale dicitur: attamen inter fortunatos culminum gratia, praedicatio utrumque invenitur. Honores, fastigia, fasciae, vel vittae non in *quid* praedicantur, sed in *quale*: & qualitas ignominiose refunditur in essentiam, dum assumpti non habent in culmine, ubi accidentia inhareant, veram substantiam. Pulcher est corvus, absente graculo. Bonis auspicijs osculemur aucupes, siquidem insensati totis insulis agnoscuntur homines.

Dignitas de indi-  
go praedi-  
catur in quid.

Quis non  
qualis in  
debet.

Ioan.  
19.

Ad dig-  
nitatem  
eligenda  
merita,  
non fig-  
na.

nenda veneranda fastigia; parum interest habere dignitates, si desunt merita.

Aperius dicam. Indigni eliguntur ad munus, & quia eliguntur, conantur amplius. Non meritis vacant, sed a meritis; quia vident dignitatem uterum dignitatis. Habenti, dicitur, dabitur; & non *qualis*, sed *quis* esset Ioannes, disquiritur; quia dotes & instrumenta animi non comprobantur dignitatum munere. Si *Quid* fecissent uterque legati; dignitatem inquirerent, & non hominem. *Quis* esset, ad hominis personam refertur: & *quis* sit, dum sciunt quis est, interrogant ad electionem legati; quoniam dignitas non tulget dignitate, sed homine. Ad cunctorum moderamen eligitur primus homo. *Factamus* (dicitur) *hominem*, & *praestitit*. An quia primus? Quia homo, & quia primus homo, principem elegit Deus. Dignitas proculdubio eximia! Verum sine homine vacua: & homo eligitur, ut praesit in mundo; quippequam praesente, tantummodo potest homo: etenim ille non rutilat dignitate, & dignitas altius supereminet homine.

Dignitas non eminet dignitate, sed homine.

Genes.  
18. 26.

Matth.  
19. 28.

Maiestas  
throni non  
a sede,  
sed a se-  
dente.

5. Profundissima verba N. Servatoris exquirenda. Discipulis voluntarie pauperibus in munera abdicacionis, ac in praemia nuditatis, dixit: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes*. De sessione in sede dicitur *Tom. 7. Tautolog. 6.* ad illud *Psalm. 46. v. 9. Deus sedet super sedem sanctam suam*. Modò sciendum, cur Apollolis, principibus constitutis, promittat solum ire in sede maiestatis, cum appareat proprius & congruus in maiestate tedis? Maiestatem igitur nullo lapide immoto ambrosio ambiunt, & non sedem: siquidem procul essent a munere, maiestate sedis exule. Excitanda erat discipulorum corda in gravissima certamina. Ergo apparet sedis gloria: igitur plusquam promotio & dignitas, audaces magis impelleret ad difficiliora maiestas: quippe tunc viderent pro gloria certaminis, duces fulgentem in maiestate tedis, ac in splendore throni super firmamentum caeli: & non dicit meditantem nisi in *sede maiestatis*; ut ambientes vacent meritis: siquidem quanvis gloria sit summa, & subfella fulgurantia; nullatenus electus praestat splendore maiestatis, sed thronus splendet maiestate sedentis.

*Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos*. In humanis suspecta sunt merita, ubi adest huiusmodi circumstantia; quoniam non bene sedet in throno maiestatis, qui sedet, ed quod alter sedet in maiestate sedis. Hic verò dicitur a Christo, *Sedebitis, cum sederit filius hominis*, quia si-

ne

Gloria in  
sede, non  
ex sede.

Qui a se  
in sede  
non ha-  
bet ma-  
iestatem,  
non ha-  
bet a se-  
de.

Fulget  
dignitas  
proprie,  
minime  
praeser-  
splendore  
dignita-  
tis.

Audacia  
indigno-  
ria quan-  
tal

Genes.  
37. 9.

ne illo nihil potestis facere. Observa illud *Maiestatis suae*. Maiestas in sede est, sed non ex sede. Sedes habet maiestatem non a se; sed a sedente. Inest caelo splendor, sed a Sole. Quaecunque lustrat, illustrat ignibus; quin egeat mendicatis throni fulgoribus: & cum Princeps omnia sederit in sede maiestatis, addit & *sua*; quia si non *sua*, sedes sine maiestate. Deinde, Maiestas sedis in electo concipitur quasi honor sedentis: sedes autem maiestatis quasi decor sedis: & ut rutilat in sede infigne spectabile meritum; parvipenduntur iure parerga sedium: quippequam eligendi, non quibus decor nimis sedes honoris; sed qui praesent insigniter tanquam honor dignitatis. Ita eminent honorati, & honores; igitur quicunque vel in sede a se maiestatem non habet, non habet a sede.

Homines insignes (quos Hispana dialecto plaudimus *Sugatos de esplendor*) viri gloriosi, magni, prudentia praediti, dominantes in potestatis suis, sedent in sede maiestatis; verum indigni in maiestate sedis. Dignitas hos informat qualificativum accidens; & digni dignitatem dotibus illorum tulgentem. Exaltatio meritum non est nova: ceterum indignorum esse frequens, inaudita. Non ne erit sine miraculo mirum in mundo accidens dignitatis sine subiecto? Perperam maiestas incognita indignis: vel in culmine tedis alicui nobilem indolem; siquidem indigne deveniunt meritum honorem. Ad teem accenda merita, ut rutilat sedis gloria. Sedes maiestatis instrumenta decorat: maiestas tantum tedis dotum splendorem inquinat: & Christus asserit iri exaltatum in sede maiestatis sine maiestate sedis estulgarant, ut Apostoli etiam festuri fundant maximo opere meritis. *Cum sederit filius hominis, sedebitis & vos*: & praclare sedebitis, modo sederitis sic: igitur praeses haud nosci debet maiestatis dignitatis; sed dignitas licet sublimior dignitate & maiestate praesidis.

6. Solis, Luna & caelestis militia obsequium proposito aridet, & eorum lumen Iosephi futuri Principis pedum tapes splendet. Quasi per somnium fastigiosa regiminis signatur nobile obsequium; ut magni principatus astituerent quasi somnium. Somnium: hem! saepe vigilas imperitii hianter expectant culmina dignitatum; quae vel dormientes non somniant. *Vidi* (inquit) *per somnium, quasi Solem & Lunam & Stellis unactam adorare me*. Per somnium, non per somnium. Ille signum animae quiescentis: illud phantasiae in dormiente vigilantis; & fovee mirificae alumnos praecipit fortuna; dum eorum officitanter requiescunt merita. Illis dormientibus omnia

bono omine Dij conficiunt: nihil agentibus de caelo etiam in sinum imperata decidunt: iteraturque Iaspideus fortis studium dormienti Timotheo, ac in utramque aurem stertenti Vitellio.

*Ille urbes captas fortuna in retia cogit, Dum tacet & molli membra quiete levat. Sic multis mens levia, quibus sint Numina dextra.*

*Et male res cepte, res bene semper eat.* Canit Dionysius Lebeus *Emblem. 30.* Celsitudinem in rete fortuna contrahit, sed in dedecus dignati convertit: atque huiusmodi fortis obsequium non dicitur somnus, sed somnium: siquidem cum fortuna cubare, & erga merita quiescere, acroamata sunt effrenata phantasia. Ex hoc enim facto concubitu quamvis genimina, nihil phantasmata: Sed procul recedant somnia.

In Solis, Luna, Stellarumque imaginibus radiorum literis designantur dignitates: ideo non Solem, sed quasi Solem scinniat Ioseph adorantem. Aliqua diximus in nostra Scena Sacra, *Tom. 1. Orat. 14. num. 8.* Cbiter non dō observandum, quod omnis militia caeli adorat Ioseph; dicente Scriptura de filijs Israel: *Adoraverunt universam militiam caeli, servieruntque Baal, Sol ab illis adoratur, Ioseph a Sole*. Discrimen micat indigni ambrosii, ad thronum studio caeca fortis everti; & honinis ad culmen honoris iustitiae meritorum assumpti: siquidem eligendi, non de quorum assumptione sibi grauitur anxietas, sed de quorum electione contenta placet dignitas. Ita igitur a dignitatibus coluntur avidè praesidi dotes; & aliter aba & tunoda peccora venerantur dignitates.

*Adorare me*. Celsitudo throni tridō adoratur, sed qui dignus a celsitudine colitur. Praclara sanè electio, cum in dignitate non adoratur celsitudo, vel homo. *Adorare me*. Ingerunt cordibus dignitates cultum & metum: & non timetur fortuna, ubi dotibus praesidis adoratur persona. Militia caeli venerant Iosephum Principem; ut ascendat in dignitatis cimen. *Adoraverunt universam militiam caeli filij Israel, servieruntque Baal*. Insignis connexio adorationis & servitutis; ut amandetur in tenebris intemperantia ambitionis: etenim in proprium commodum, Principe digno, splendor maiestatis adorat hominem, ubi indigni incensum offiterentes, adorant turpiter dignitatem & demoneum.

7. Haud respicient sui immemores, & memores fortis nequam auxiliatricis. Vestium emblemata vividè diluiter honor regis, quasi nota principatus. Vide Tertull. de *Pallio*, & Pier. Valerian. *lib. 40. cap. 14.* ctiara

Dionys.  
Lebeus.

Dignitas  
in indi-  
go fortis  
fortuna.

4. Reg.  
17. 16.  
Dignus a  
dignitate  
adoratur

Ambitio-  
sus ad-  
rat de-  
moneum  
adorando  
dignita-  
tem.

Vestis in-  
signia  
mone-  
rum.  
Tertull.  
Pier. Val.



etiam consistat. *Reg. 15, 28, & 3, Reg. 11, 30.* Regnat igitur in dignitate, qui induit decorum & nequaquam dignitatem. At quare vestimentum dignitatum hieroglyphicum? Intende. Vestis matatur & tempore scinditur: vigilanter, ingenioseque extimo cultu exprimitur fastigati maiestas folij: igitur dotibus vacat, munere pleni, sine operimento dignitatum apparent nudi: cadit corona capitis, & est calva fortuna sine meritis. Veste ad oculum electus videtur; infulis dives, & locupletatur; nescitque quod dotibus vacuus iacet miser, & miserabilis, & pauper, & nudus. Ex ore Thraonis Aiactis pro armis Achillis astruenda est comprobatio meritum: ita enim garrit apud Ovid. *Metam. lib. 13, Fabul. 1.*

Ovid. — Si vera licet mihi dicere, queritur istis, Quam mihi maior honos: coniunctaque gloria nostra est.

Atque Ajax armis, non Aiacti arma petuntur. In ore proprio superbissime: ad lirenitatis & meritum commendationem perproprie: dignum igitur impellant in facinora cogitata premia, dum in experto premia convertuntur in incommoda. Queratur maior honos: qui quidem coram maiore, ubi nubi dignitas digno: & evanescet honoris maximum lumen, dum indignus duxerit dignitatem. Dos dignitatis a praefide. Vacua erit illustri dignitas sine dote. *Non locus* (ait Gratianus ex Chrysostomo *Distinct. 40, cap. Multi.*) *sanctificat hominem, sed homo locum.* Non cathedra Sacerdotem ostendit, atramen Sacerdotis vita cathedram facit; alias in cathedra pestilentie sedebit. Honor profecto honori inerit, dummodò homo inquirat dignitati: non autem dum dignitas, quia dignitas, queritur homini.

8 Terra nova (quia Sol in terris, & amplioris ex opposita nive fulgoris civitatem corporis laticante huminis impetu, ex soluta custodia interdita maiestatis, manifestate miraculo) describitur mirifice eminentiore Thaboris vertice; ut in terra nostra caelestis gloria habitaret, & Sol in terris fulgeret. Oblituit Petrus. Quare non: Oculis talia non viderat, nec in cor hominis cogitatio tante gloria descenderat. Unde quodam mentis excessu, quasi in comitijs ut aliquid agere videretur, dixit caelosis: *Domine, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moyse unum, & Elia unum.* Distributio omnino praeceptus, sed ex parte nescientia prudens. Nescientia prudens, quia tibi unum, ait, *Moyse unum & Elia unum.* Non singulis omnia, sed singulis singula. Tibi & tibi. Tibi unum, & tibi unum unicuique dicit: tibi & tibi unum, ut absolute ac omnibus numeris perficiatur ministerium:

Singulis singula distribuentia non omnia.

Languent merita non dignata.

igitur languescunt merita, aliorum affluentium plenitudine vacua.

9 Distributio omnino praeceptus. Verum quare, si unicuique signat pro maiestate thronum, spectabile tabernaculum, dicens: *Tibi unum, Moyse unum, & Elia unum?* Iuxta commendabilia assumendorum merita, construere decreverat tabernacula: ita, sed in huiusmodi cogitatione fuit distribuentis imprudentia, & Christo maxima iniuria. Aequalia excogitavit tabernacula, cum Christi Principis & ministrorum essent inaequalia merita: & huiusmodi aequalitas primij distributoris dedecoravit inaequalitatem Principis: igitur ubi merita insigniora, non honor, sed ludibrium existunt aequalia munera. Imprudentia est, imò acrisa, ministros esse illustres, pares facere dignitatibus, ubi Christum superiorem cognovit dotibus.

Præterea, De excessu crucis loquuntur in huiusmodi consilio, ut elevaretur et pulvere criminis æget homo; & Petrus ex abrupto tabernacula erigere satagit. Profecto nescit: igitur advocacionem synedrorum ut mundum reformarent, contorsit ut illi tabernacula obtinerent. Non sibi consulat, cuius opus est alijs consulere: ideo nescit Petrus, dum intelligit importuna cogitatione: quippe expectationi publica turpe, congregari viros insignes, ut nanciscantur duntaxat dignitates. *Faciamus hic, ait Petrus, tria tabernacula, tibi, &c. Hic non ita. Hic* consulari alijs, non synedris. Miseris hic præparatur amissa corruptelis caelestis gloria; quoniam consularij non habent hic tabernacula.

10 Præcipitium suffragij considera. *Tibi unum, & Moyse unum, & Elia unum.* Miserè erravit in propositione, nesciens quid diceret. Tabernacula significant ministeria: & iavertio in propositione ordine; gloria electorum rutilaret in culmine. *Tibi unum, ait, Moyse aliud tabernaculum, & Elia etiam aliud fastigium.* Extra chorum saltat. Aptius diceret meditatit tabernaculis, *Tu huic, quam tibi hoc. Moyse tibi, non illud tabernaculum Moyse. Elia illi dignitati, nullo modo hac dignitas erit Elia.* Iuxta ministeria sunt deligenda exercitia: igitur ut in electione clarificat eligentis prudentia; non munus querendum est homini, sed homo muneri.

Causa suppetit. *Tibi hoc* suspectus calculus, & vox affectus. In tabernaculis dignitates exprimentur, & his verbis motus pectoris sani, & infani apprimè delicantur. Perpende. Affectus dicit, *Tibi hoc.* Iudicium autem *Tu huic.* Non *Tibi hoc*, quia dignitas tibi placet: sed *Tu huic*, quia sic dignitati congruit. *Tibi hoc* refragatur ratio, quanvis subscribat affecto.

Paria munera imparibus meritis sunt ludibria.

Bono publico consulendū.

Ibid.

Non eligatur munus humini, sed bono muneri.

*Quarta* *tar com* *medum* *throni,* *non ele* *cti.*  
 10. *Tu huic* est prudentiæ definitio. *Tu* ad culminis splendorem spectat. *Tibi* ad utilitatem propriam: & erit præceptus omnino in assumptione eligendorum suffragium; dum assumitur in multitudine electorum, cui filamina profiant lucida sedis, non autem qui dotibus augeat splendorem dignitatis.

Alier Deum quam Petrus decernit. *Faciamus hominem & praestit*, inquit: Petrus verò: *Faciamus hic tria tabernacula.* In utraque periodo auditur *Faciamus.* At Dei vox, *Faciamus*, ut praestit hominem. Petri verò, *Faciamus* hominibus dignitatem. Quid vobis videtur? Petrus dictione nescit, dum Deus electores in propositum instruit: igitur non inquirenda dignitas homini, sed homo insignis requirendus dignitati. Vernacule luculentius per Epanodon: *No se ha de solictar trono para el sugeto, sino sugeto para llenar la magestad del trono.* Vide *Tautolog. 6, Didasc. 15, num. 4, & 5.*

11 Norma probæ electionis patet ad oculum in constitutionem nobiliorum Principum. Pernoctans in oratione Dei, siquidem optime cadunt pervia electio, & prævia oratio; cum dies tactus esset, (ducit nam in suspitionem præcox electio ante constitutum diem.) Aliertor & Magister N. Iesus-Christus, *Vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Recole orationem: *Vocavit, elegit, & nominavit.* Panegyris admirabilis, & ordo caelestis! In mundo ordo præposterus, cæterum voluntariè commutatus. Christus vocavit, elegit, & nominavit. In mundanis sæculi pro splendore Reipublicæ vocatur homo, nominatur & eligitur. Nequam ordo in electione, siquidem ad electionem non sunt vocati. Ad quid ergo vocati, si iam electi? Quos electi sunt suffragatores ad culmen, si nominantur, & vocantur electi ante electionem? Plus itaque tunc videntur vocari ut plaudant vocales nominantibus affectum; quam ut promant schedulis peculiare iudicium.

Ordo rectoris dignitatis.

Dignitate non de corretur electus, sed electi dotibus thronus.

Series verborum debet esse temporum. Nominare & dein eligere, est querere dignitatem in commodum eligendi: eligere verò ante nominationem, est querere hominem ad dignitatem, ut munus honoretur, dum dignus culmine dotibus suis in dignitate extoititur: & Christus nobis relinquens exemplum, Apostolus eligit; antequam nominet, quos in collegium vocavit: quippe dignitas non eligenda homini, sed homo muneri. Vocavit, & nominavit quos elegit. Nominavit homines, non dignitates. Non dignitates, quibus decoraretur electus; sed homines, quibus præcelleret thronus.

12 Pericula inversi ordinis calluit Protoparens Benedictus, dum arcens mali contagium *Regul. Sancti. cap. 64,* ait: *Eligatur qui orainatus est.* Grandis utique sermo, & omni acceptione dignus. Non ordinetur eligendus, eligatur ordinandus. Non aderit, ut pruderent nat, in eligendo ordinatio: in ordinando præstabit electio: alias quæstum ambitu sitienter præferente, ordinatus suffragijs eligetur sine ordine. Eligatur ordinandus, ut non eligatur dignitas, sed dignitatis auctoritas, exte acceptione personarum, & præsentie præstantia meritum. Ante hominem omnia Hexæmeri dicuntur bona: confituro verò homine, universa bona valde. Merito quidem: igitur ampliorem postulabant benedictionem post hominem praesidem. Inspiciens auctoratus non cogitat, quæ dignitatis sunt: sed seipsum in dignitate, ut appareat quantus est. Evanescit, quia ordinatur. Instatur, quoniam eligitur: & in munere de Hecates cæna quæ sitiat, quantuncunque magnificet cogitet. Intumescit in solio, sed illudatur; quia nemo vel in maioribus maior seipso.

DIDASCALIA VII.

Principis error multos involuit.

1 Mellissui Doctoris viridario exterpimus venustum stotulum, ut ritè temperetur aviditas Principum. Ita in *Antholog. seu Parnasi.* Antiochi ad instar fuicuo secunda attentionis & fomite defluant genite vanitatis; quasi mortales Deo possent paria sentire, fluctibus maris in perage, nontium acituales in statera appendere, & sidera manu tangere. *Non cogitant* (inquit Bernardus de *Consider. ad Engen. lib. 2, cap. 6:*) *ministerium, sed dominium, & etiam quod posse, licitè posse.* Eorum imperio nihil impossibile, quanvis non rectè. Qui humi serpebat parvulus, praesens sedet in cathedra sapientissimus. Quomodò fiet hoc? Quia dicit Thratio: *Ecce plusquam Salomon hic.* Quid præstantia dotum! Quid praclarum ingenium, inauditum ratiocinium, perspicax acumen! Sub hoc curvantur, qui portant orbem. *Qui hoc facit quod nullus, mirantur omnes.* Cecinit Euripides *Tragæd. 5,* Unde plerunque lactari fortuna laborant specialissima amentia. A prudentibus, qui ita delirant, quasi gerra ridetur, a callidioribus vase plauduntur: quapropter plausus non videtur poppyllimus, sed sarcasmus. Ecce Adam praesens quasi unus ex nobis.

S. Ben. Non creditur eligendus: eligatur ordinandus.

Genes. 1. 14

Bern. Altitudo attonat.

Berni Indignus non cogitatur ministerium, sed plausus.

Eurip.

In munere obscurus.